

Lit. Graec. B
4269

Hippocrates
11

1694

Aphorismi
HIPPOCRATIS
CARMINE REDDITI

jamq; denuò editi

A

IOANNE LVDOVICO GAN-
SIO, FRANCO
Poëta L. C.



ARGENTORATI,

Typis PAULI LEDERTZ, Bibliop.

Anno M. DC. XXIV.

Apponini

HIPPOCRATIS

CARMINA MEDICI

Præfatus hæc edit

A

IOHANNES LEONOVICUS GARY

210. FRANCO

PARISIIS



ARGENTORATI

Typis P. A. L. E. R. T. S. B. E.

Anno M. DC. XXIV.



*Nobilissimo Excellentissimo Clarissimo
mo Viri*

DN. MELCHIORI

SEBIZIO IUNIORI MEDI-

CINÆ DOCTORI EXIMIO, EIU-

demq; in alma Academia Argentinensi,

Professori solertissimo, patrono

& Præceptori obser-
vando

S. P.



Obilissime vir, Apho-
rismos Hippocraticos,
quos in numeros antè
coëgeram Argentinæ a-
nimi levandi caussa, Viennæ Aus-
triæ, ubi vitam etiamnum transi-
go, typis inprimi curavi, quod ne
tu quidem nescis. Duæ verò res
eosdem me denuò prælo subiiciens

A 2

dos

PRÆFATIO

dos præbere jubent: Formaincō-
 cinna, & exemplarium penurià. Ete-
 nim forma, quæ vocatur, duode-
 cima e usmodi libellis convenien-
 tior est, magisq; idonea, quam quæ
 octava. Ad hæc commodiùs gesta-
 ri potest manibus, cumq; Aphorif-
 mis fo' utâ oratione perscriptis cō-
 jungi. Quoniam insuper ad unum
 omnes Aphorismorum libri, qui
 Viennæ erant excusi, iam venditio-
 ne distracti sunt, de novo eos in pri-
 mi interest. Non quòd Reip. lite-
 rariæ magno usui futuros mihi
 persuadeam, sed quòd neq; eos lu-
 ce defraudari imposterum velim,
 neq; te meo isto munusculo, obser-
 vantia testimonio. Sed quis me ar-
 bitratur gloriæ illecebris inductum
 istos vulgus edere, toto cœlo errat
 ignorat me, qui eome ingenio esse

cre

P R A E F A T I O

credit. Palàm est, omnia tenaciùs
 in memoriâ hærerere, quæ ligato co-
 èrcentur pede, quàm quæ liberè
 fluunt, laxatis verborum habenis.
 Hoc ubi perpēdi, Argentorati cùm
 essem studiorum gratia, in rem me-
 am putavi esse, ut Aphorismos Coi-
 Senis, quos alioquin homini medi-
 cinæ studioso convenit esse intimos
 & quasi domesticos, in versus colla-
 tos memoriæ traderem. Hos itaq;
 in manus sumsi, verum atq; in unū
 cunctos sensum diligenter excussi.
 sæpè stylum verti, tantisper dum o-
 mnes coëgerim in pedes. Postquam
 successit sub manu negotiū, amici
 summi me summo rogaverunt o-
 pere, uti istos versus potius in lucē
 prodire quàm situ araneoso obside-
 ri sinerem. His operam meā dene-
 gare religio mihi erat, quamvis,

A 3

Deum

P R A E F A T I O

Deum testem laudo, in meum u-
 sum atque commodum tantum
 feceram, quicquid feceram. Iudi-
 cent num alij, quodcunq; velint,
 nihil moror, nihil mihi conscio.
 Quòd si tuo saltem iudicio, Excel-
 lentissime Vir, labor meus non a-
 spernandus videbitur, cæteros cen-
 sores tantundem metuo, quasi si-
 gnum pictum in pariete. Equidem
 iam diu animi pependi, cuinam è
 tanto fautorum cætum hunc libel-
 lum offerre æquum esset. sed dum
 rem accuratiùs expendo, cui poti-
 us quàm tibi dedicem, non inve-
 nio. Si alijs præ te nuncuparem,
 peccatum à me esset maximum.
 Tibi enim debeo, si quicquã. Qua-
 re, ô præsidium meum hilari fron-
 te accipias obsecro qualemcunque
 libellum tuo Nomini cōsecratum,
 &

PRAEFATIO

& me perpetem tui in me meriti
memoriam conservaturum confi-
das. Vale, & me, ut facis, ama. Vi-
cunæ Austriae. Anno 1924.

Tui

observantissimus

Johannes Ludovicus Gansius
Erpachiensis P. L. C.



AD

NOBILEM ET LITERA-
tissimum

D N. JOANNEM
LVDOVICVM GANSIVM,
MEDICINÆ CAN-
didatum.



*ANSIADE, magnas debet
tibi soluere grates.*

*Cor canities suspicienda senis,
Præmia magna tibi, quod te
ductore feratur.*

*Huc, ubi Parnassi contegit umbra nemus:
Argentina mihi testis, mihi flumina Prusca,
Cujus iter cantu sæpè moratus eras,
Hic ubi te fidum nobis conjunxit amicum
Integritas animi, pura fidesq; tui.
Hospitis adventu gaudebit Phœbus Apollo,
Et comiti laudes, & sua dona dabit.*

Tuus per saxa Ceraunia
IOANNES THORTBANDER,
Erphordianus. SS. LL. Stud.

O D E



Actant virentes ergò
Heliconia
Viretafructus arte Ma-
cháonis

Natos? & exit Pindi ab arvo
Hippocrates melico cothurno?
Immane mirum! vel novus ANSERIS
Lepos ademit Pæonium inferis
Patrem, indeq; Parnassum melode
Hippocratem meliore traxit.
En Anser aptos demit Oloribus
Cantus, & astum per Medittrinula
Producit occultum peritè
Hippocratis seriem medendi!
Modum quis Anser de grege Phæbico
Ambit medendi? Schemataq; ardua
Ad barbiton vatam cupissit
Quis revocare Patris medentum?
Insignis artis Pæonie assecla
Francis ab oris GANSIVS, accola
A S Pha-

*Phæbi, Machaonisq; metro
Hippocratem revocat probato.
Gingræ contramordicus Anserem
Medicum hunc strepenti non licet
anserî,
Ex arte surgit Fama eidem,
Nescia Fama mori per annos.*

*Amicitie testandæ gratia
Viennæ Austriæ data*

A

MARTINO KNOBELSDORFF,
de Reichenbach, Siles.
L. V. Stud.

APHO.

APHORISMORVM
HIPPOCRATIS

LIBER I.

Aphorismus Primus.



ITA breuis: nunquam stabi-
lis mortalibus ætas:

Artis Apollinæ sed diu-
turna mora est:

Præpetibus rapitur volitans
Occasio pennis,

Vsus & est dubius, Iudiciumq; graue.
Nec satis est, Medicum solitos benè ferre
labores,

Ni velit affectus munus obire suum,
Ni quæ depositi seruat custodia lectum:
Denique se quæuis obuia tuta ferant.

Aphor. 2.

Sponte sua vomitu si rejectatur, & aluo,
Quale decet, prodest, & benè corpus
habet: (mor,

Si quoque de venis effusus hiantibus hu-
Ut decet, apparet, pondere membra
leuat: Si se-

Si fecus, econtrâ. Sed terra, & tempus, &
 ætas,

Et facies morbi respicienda venit.

Horum conditio diuersa susurrat in aurẽ,
 Corpore quæ tollas, quæ retinenda pu-
 tes.

Aphor. 3.

Athletas habitus cùm jam plenissimus
 auget,

Lubricus instabili conditione viget;

At quia non unâ potis est consistere for-
 mà,

Non melior certè, sed magis æger e-
 rit.

Ergò morâ nullâ tollendum, quicquid a-
 bundat,

Vt vacuata novus corpora victus a-
 lat.

Non tamen usque adeò fas est efferre
 cruorem,

Prorsus vt in sese languida vasa cadant,

Sed tantum moneo, quantum permitte-
 re vires

Et natura volunt, evacuare velis.

Vt

Vt fluor immodicus res est discrimine
plena,

Sic nimis impleto corpore membra la-
bant.

Aphor. 4.

Parua nocet longis semper nutritio mor-
bis,

Et breuibus cùm non conuenit, illa
nocet.

Namque velut victus tenuissimus esse
molestus,

Sic solet affectis plurimus esse grauis.

Aphor. 5.

Intenue victu miseris delinquitur ægris,
Hinc magis illorum corpora languor
agit.

Nam grauius peccant minimo nutrimi-
ne functi,

Quàm qui se satiant uberiore cibo.

His etiam victus tenuis, qui corpore sano,
Noxius. errores non benè namque fe-
runt.

Hinc certè tenuis pauci nutrimentis usus.
Quàm leuiter plenus plus nocuisse so-
let.

Aphor.

Aphor. 6.

Sævitia morbi magnæ medicamina magna
 gna

Debita, si doctâ dantur ab arte, bona.

Aphor. 7.

Cùm vehemens morbus, nimiumq; ex-
 ercet acutus,

Incipit aduersus protinus esse vigor.

Viuendum hinc minimo. Verùm si pugna
 vigoris

Non erit, & victu pleno aluisse licet,
 Hoc minus ægrotus tenui nutrime vi-
 vat,

Sævities morbi quò minus acris erit,

Aphor. 8.

Maxima cùm fessos têtat vesania morbi,
 Languida tùm minimus corpora vi-
 ctus alat.

Aphor. 9.

Cõijce, nùm languês iusto persistere victu

Possit, dum dubij pugna vigoris erit

An priùs occumbat præscriptis victibus
 impar,

Quàm pulsus valido corpore morbus
 eat.

Aphor.

LIBER PRIMUS.

Aphor. 10.

Queis igitur dubij vis insanissima morbi
Imminet; his tenui membra fouenda
cibo:

Sed quibus est serò vigor adventurus, in
isto

Tempore jam victus deminuendus erit,
Antè tamè victu corpus fungatur opimo,
Ut valido morbum robore ferre queat.

Aphor. 11.

Mittendus morbi medijs insultibus omnis
Victus, in his etenim pabula sumta no-
cent:

Et cum circuitu rapit inclemètia morbi,
Expedit à quouis abstinuisse cibo.

Aphor. 12.

Si quis & affectus obseruet, tempus &
anni,

Et quanto insultus tempore dissideant,
Seu veniant cunctis, alternis siue diebus,
Siue aliter, poterit cognitus esse vigor.
Nec minùs ex alijs, ipso quæ tempore
morbi,

Obueniunt, Medicus certior esse potest.
Scilicet

6 APHORISM. HIPPOCR.

Scilicet in lateris vitio si sputa vomuntur

Principio, morbus non solet esse diu.

At si reijcitur longo post tempore spu-
tum,

Nouimus affectus tempora longa fore.

Quin etiam loti latices, quodque egerit
alvus,

Et qui de toto corpore sudor abit,

Promittunt pariter morbos longosue,
breuesue,

Iudicio facili, difficiliue fore.

Aphor. 13.

Fortiter esuriē perfert extrema senectus:

Cui media est ætas, proxima turba, mi-
nus:

Hæc minus, ingenuo cui vernat flore iu-
uentus:

Ferre potest minimè gens puerilis eam,

Atq; hæc in primis, vegeto quæ robore
mentis

Pollet, & illustris dotibus ingenij.

Aphor. 14.

Queis viret, & crescens corpus se tollit
in altum,

Plurima

Plurima natiui flamma caloris inest.
 Ergo pascantur largo nutrimenti usu,
 Florida ne rapidus corpora feruor edat
 At senibus gelido languent in corpore
 vires,

Hinc minimis ætas indiget illa cibis.
 Namque leues æstus & nullis viribus i-
 gnes

Fomitis impositi copia magna necat.
 Inde senes feбри non corripuntur acuta,
 Nempè quòd illorum membra calore

Aphor. 15. (vacent.

Vere nouo vètres, & brumæ tēpore feruor
 inanis, & longus corpora somnus
 habet

Ergo per hoc tempus dare pabula plura
 necesse est,

Viscera nam largo plena calore vigēt,
 Quò fit, ut indigeant eadem nutrime
 multò.

Indicium facium: pancratiasta, puer.

Aphor. 16.

Commodus est victus liquidis humori-
 bus uber,

Omni-

8 APHORISM. HIPPOCR.

Omnibus his, febrim qui sitiēte dolent,
Et quibus hic longo victus consuetus ab
usu,

Inprimis ævum qui puerile colunt.

Aphor. 17.

Est quoq; discendum, sit bisne, semelue
cibandum,

Siue minutatim, plusue minusue die.

Verū anni tempus, facies regionis, & ætas,
Et consuetudo respicienda venit.

Aphor. 18.

Autumno victus malè copia fertur, & æstu;
Brumali melius tempore, vere miuus.

Aphor. 19.

Quos per circuitus in vasio certa fatigat,
His licet ante crises pabula nulla dare.

Aphor. 20.

Quæ decreta, probum vel decernuntur
ad vnguem,

Ne moueas, criticū nec remoreris iter,
Seu medicamentis, siue irritantibus ausis.

Nam melius nullas applicuisse manus.

Aphor. 21.

Quæ vacuanda putas, quorsum rapit im-
petus illa, Ducito,

LIBER PRIMVS.

Ducito, si locus est, & via recta patet.

Aphor. 22.

Maturis coctu pariter, domitisq; calore,
Non crudis fas est applicuisse manus,
Nec quoq; principio, nisi differat impe-
tus illa,

Quod fieri certe non nisi raro solet.

Aphor. 23.

Quæ vacuas, nullo metiri pondere debes,
Sed benè si languens euacuata ferat.
Atque ubi, dum tenebris vires frangun-
tur abortis,

Tollendum, tollas, si tolerare potest.

Aphor. 24.

~~In subitio morbis~~ ~~est~~ purgare sub or-
tum,

Rarò, sed ingenti relligione tamen.

Aphor. 25.

Quale petebatur pondus si deijcit aluus,
Expedit: e contrà quando aliena fluunt,

Finis libri primi.

APHO-

APHORISMORVM
HIPPOCRATIS

LIBER II.

Aphorismus I.

L Etifer est, morbo qui fert incommo-
da, somnus:

Affectum contra si leuat ille, bonus.

Aphor. 2.

Si, quoties egram fallunt deliria mentem,
Cõponit somnus lumina fessa, benè est.

APHOR. 3.

Destitui somno nimium, nimiũq; teneri,
Naturæq; modum non tenuisse, malũ.

Aphor. 4.

Et saties, & longa fames, & quicquid ubi-
que

Naturæ fines transfilit, omne malum.

Aphor. 5.

Sponte sua genitus languor, corpusque
fatigans

Ante

Ante fores morbi nunciat esse diem.

Aphor. 6.

Qui qua parte dolent, nequeunt sentire
dolorem,

His stupet affecti languida mēs animi.

Aphor. 7.

Tempore qui longo tenuantur corporis
artus,

Paulatim releues, quiq; repente, breui.

Aphor. 8.

Robora post morbū pasti si nulla resumūt

Elle liquet nimio viscera pressa cibo.

Si contingit idem tenui fungētibus elcā,

Corporis illuuiēs evacuanda sedet,

Aphor. 9.

Si conare malos educere corpore succos,

Lubrica cum primis est facienda via.

Aphor. 10.

Quò magis Imparum corpus nutrimine
complex,

Hoc magis ingesto pōdere lædis idem.

Aphor. 11.

Humida restaurant breuiori tēpore vires,

Munera quàm frugū casta liquore Dec.

Aphor.

Aphor. 12.

Corpore quæ medio crisis imperfecta re-
linquit,

Abdita sunt morbi semina cæca noui.

Aphor. 13.

Queis crisis impendet, fit noctis amarior
vmbra,

Quæ præit aduersæ tépora dura crisis?
Proxima quæ sequitur criticæ certamina
pugnæ,

Mollior & multò lenior esse solet.

Aphor. 14.

Concita quæ laxo ponuntur pōdera vētræ,
Si non euadunt deteriora, iuuant.

Aphor. 15.

Cum dolor aut fauces tenet, aut tubercu-
la surgunt,

Depositum ventris perspiciatur onus,
Quod si bile madet, corpus simul omne
laborat:

Si simile est sanis, des alimenta licet.

Aphor. 16.

Quando fames auidâ ventris percepta
medulla est,

Mitten-

Mittendus labor est, & graue celsset o-

(pus. *Aphor. 17.*

Quando superuacuo saturantur viscera
pactu,

Hinc genitos morbos esse, medela do-
cet.

Aphor. 18.

Qui cibus exiguo post esum tēpore nutrit
Egestu celeri ponitur, atq; leui.

Aphor. 19.

In subitis non est medico benè cognita
morbis

Seu suprema dies, sive futura salus.

Aphor. 20.

Queis madet illuies alui iuuenilibus an-
nis,

Confectis senio dura liquore caret:

At quibus astricta est alvus florente sub
æuo,

His senio tardis lubrica facta fluit.

Aphor. 21.

Cùm malè sanus amor, rabiesq; fatigat
edendi,

Bache, tui doni flos medicamen erit.

Aphor.

Aphor. 22.

Quos genuit morbos exundans copia rerum,
 rum,

Hos medicamento tu vacuante leua?
 Contrà quos peperit vacuatio, pelle replendo,

Rebus & aduersis vincere disce mala.

Aphor. 23.

Affectus criticum solvit certamē acutos,
 Cùm bis septenus Lucifer ortus erit.

Aphor. 24.

Quē feret eventū morbi lux septima secū,
 Indicio quartæ tempora lucis erant.
 Si rectè numeras, lux est octaua secundæ
 Hebdomadis limen, principiumque facit.

(secundæ.

Proximus à decimo memorandus, namq;
 Hebdomadis quartus dicitur esse dies.
 Septimus in primis decimus reuerenter
 habendus,

Et memori semper corde notādus erit:
 Nam decimo quarto succedit in ordine
 quartus,

Est & ab undecimo septimus ille die.

Aphor.

Aphor. 25.

Solibus æstivis febris quartana fatigans
 Consuevit parva temporis esse mora:
 Nata sub autumnum magis est durabilis
 illâ: (magis.
 Quæ manet ad brumæ frigora, longa

Aphor. 26.

Febrilem præstat spasmo succedere flam-
 mam, (sequi.
 Quàm genitâ demum spalmata febre

Aphor. 27.

Si quæ per morbos leviora videtur acutos,
 Ne fidas, nec si quæ grauiora, time:
 Talia nam dubio sunt inconstantia casu,
 Nec durant volucris mobilitate diu.

Aphor. 28.

Febre flagrans rapidaâ plenum persistere
 corpus,
 Aut nimis informi tabe macere, malû.
 Hoc etenim fractas, & nullo robore vires,
 Illud ait morbi tempora longa fore.

Aphor. 29.

Principio morbi quæcūq; mouēda, moueto
 Præstat, cū vigor est, abstinuisse manus.

B

Aphor.

Aphor. 30.

Mitius extremum morbi est, & mitior
ortus,

Sævitiâ mediis vincit utrumq; vigor.

Aphor. 31.

Si quis ab affectu dapibus satiatus optimis
Non recreet pleno membra vigore,
malum.

Aphor. 32.

Qui languent, primùm saturantur & ube-
re victu,

Nec revocant vires diffugiente malo.
Hoc omnes quotquot perfundit lumine

Phæbus,

Vescendi tandem languidus horror
habet.

His verò, qui longa priùs ieiunia passi
Esuriunt, citiùs corpore languor abit.

Aphor. 33.

Si valet in morbis animus, victuque labo-
rans

Se reficit, prodest, si minus, omne ma-
lum est.

Aphor.

Aphor. 34.

Non tanto languent illi discrimine vitæ,
 Quorum naturæ morbus amicus inest,
 Ætati paritèr, consuetis moribus, anno,
 Quanto qui nulli conuenienter adest.

Aphor. 35.

Omnibus in morbis thoraci subdita ven-
 tris

Si loca sunt plenâ pinguia carne, benè
 est:

At nihil est peius, si sunt ea tabe minuta,
 Nec fluidi tutū est ducere ventris onus:

Aphor. 36.

Qui nocuis usi dapibus, qui corpore sano,
 Deficiunt, purgans si medicamen e-
 dunt.

Aphor. 37.

Corporis integri vegeto qui robore præ-
 stant,

Pharmaca difficili sumta labore ferūt.

Aphor. 38.

Deterior paulò, sed suavior esca palato,
 Et liquor, ingratis sunt potiora bonis.

B 2

Aphor. 39.

Aphor. 39.

Plus senibus iuvenum tentantur corpora
morbis;

At semel in longas lapsa senecta, perit.

Aphor. 40.

Labentes summo capitis de vertice succos
In nimium senibus coctio nulla domat

Aphor. 41.

Qui sæpè & graviter cum non est noscere
causam,

Semianimes veniunt, præpete morte
cadunt.

Aphor. 42.

Vis Apoplexiæ vehemens medicamine
nullo

Diffugit: exiguam vix medicina leuat.

Aphor. 43.

Impliciti laqueis, animæ vel tramite cassi,

Nec tamen extincti, Mors, feritate tuâ.

Non redunt ad se, nec vitæ lumina cernunt,

Frigida si cingit spumeus ora liquor.

Aphor. 44.

(norem,

Quos nimium crassos genuit natura, mi-

Ætatē, cætus quàm gracilentus, agunt.

Aphor.

Aphor. 45.

Herculis affectu puerilia corpora tacta
Mutatum tempus, terra, cibusq; leuat.

Aphor. 46.

Cum pariter beni cruciant duo membra
dolores,

Obscurum comitē sæuior alter habet.

Aphor. 47.

Dum pus efficitur, febres sæuiq; dolores,
Plusquam perfecto pure venire solent.

Aphor. 48.

Quandocunque moues corpus, tolerasq;
laborem, (uat.

Dat requies vires, fessaque membra le-

Aphor. 49.

Gens operum patiens, duroq; assueta la-
bore.

Sit licet inuelidis viribus, atque senex,
Insuetis etiam validis, æuoq; virente
Sustinet assuetum plus tolerāter opus.

Aphor. 50.

Quæ consueta diu, quamvis peiora fe-
runtur,

Parciùs insuetis esse molesta solent.

B 3

Qua-

Quare cū varijs iactetur casibus ætas,
Sunt etiam nobis experienda noua.

Aphor. 51.

Et semel & multum replere, aut tollere
multum,

Siue calore nimis tangere, siue gelu,
Siue modis alijs corpus subuertere, du-
rum est:

Omnia naturæ non moderata nocent.
At quæ procedunt lentè, tutissima rerum,
Mutatum corpus reddere quando li-
bet.

Aphor. 52.

Tentanti si non feliciter omnia cedunt,
Non aliud curam suscipiatui opus,
Dum modò persistant, nec sint ignota
medenti,

Quæ capiti cauto visa fuere prius.

Aphor. 53.

Queis liquet alvus, agunt teneros feliciter
annos,

Quam quibus hæc nullo tincta liquo-
re cadit:

At grauiora ferunt extremæ fata senectæ,
Nam

Nam senio festis orba liquore venit.

Aphor. 54.

Vt decus est iuueni, magnis incedere
membris,

Sic senibus paruo corpore peius onus.

Finis Libri II.

APHORISMORVM

HIPPOCRATIS

LIBER III.

Aphorismus I.

TEmporis instabiles motus, & tem-
pore in ipso

Vis nimis inconstans, frigoris, atque
calor,

Omnis & his similis rerum mutatio
magna

Morborum pariunt gentibus omne
genus.

B 4 *Aphor.*

Aphor. 2.

Naturæ quædam brumali tempore, quædam
dam

Sub cane se rectè, vel malè semper habent.

Aphor. 3.

Affectus alij diverso tempore fiunt,
Suntque alio faciles, difficilesque magis:

Ætatesque valent diversis tempore, & orâ,

Atque alio victu seu benè, sive malè.

Aphor. 4.

Luciferis iisdem cum jam fera frigora regnant,

Iam calor, autumnus morbus amicus erit.

Aphor. 5.

Spiritus Austrorum sensus obtundit acutos,

Auribus, & cæcâ lumina nocte tegit.
Hinc onerat capitis mucosâ mole medullam,

Tradaq; desidie, lassaq; membra facit.

Hæc

Hæc igitur, validis cœlum turbantibus
 Austris,

Debilibus membris obuia turba venit:
 At boreas tusses producit, & aspera fau-
 cis,

Et pariter ventris pondera dura facit:
 Supprimit vrinam: febrilia frigora gi-
 gnit.

Discruciat pectus, discrutiatq; latus.
 Hinc, Boreas gelido cum tristat flamine
 terras,

Inualidis hæc sunt perpetienda mala.

Aphor. 6.

Æmula cùm veniunt æstatis tempora ve-
 ri,

Plurimus in feбри corpora sudor habet.

Aphor. 7.

Quando sitit tellus, & feruidus æstuat
 aër,

Præcipiti motu febris acura furit.

Quod si perstiterint in eodem tempora
 cursu, (rit.

Qualia sunt, talis morbus habendus e-

B 5

Aphor.

Aphor. 8.

Temporibus certis, cursusque tenentibus æquos

Certi sunt morbi, iudicioque levi:
Instabili contra nec certo tempore, morbi
Incerti veniunt, difficilique crisi.

Aphor. 9.

Qui venit autumnii dubio sub sidere
morbus,

Est grauis, & miris noxius ille modis.
At Zephyri flatu tepidi clementia veris
Multum præ reliquis utilitatis habet.

Aphor. 10.

Noxia sunt ægris Autumnii sidera membris,

Quæ graviter tristi tabe minuta iacent.

Aphor. 11.

Tempora si brumæ siccis aquilonibus
algent,

Auster & imbriferum ver pluvialis agit,
Solibus æstivis febres populantur acutæ,
Deinde Dysenteria; lumina lippa dolent.

Hoc

Hoc genus in primis fœmellas tangit, &
 ipsos
 Temperie natos humidiores viros.

Aphor. 12.

Quod si bruma tepet pluvijs spirantibus
 Austris,

Et gelidum sicco ver aquilone riget,
 Fœmellæ, vernam partus quibus incidit
 horam,

Dant immaturo robore ventris onus.
 Si pariunt, pariunt infirmo corpore fœ-
 tum,

Qui moritur, vitam vel tenuatus
 agit.

At Dysenteriâ vexatur cætera turba,
 Lippaque, sed nullo lumina rore
 gerit.

Præterea senibus de vertice labitur hu-
 mor,
 Acceleraturus tristia fata breui.

Aphor. 13.

Frigida si quatitur siccis Aquilonibus
 æstas,

Tempus

Tempus & Autumnus nubilus Auster
 agit,
 Eueniunt homini tuffes, capitisque do-
 lores,
 Vocis & asperitas, cum fera bruma ri-
 get,
 Quin etiam summis condit se naribus
 humor,
 Et pariter quosdam tabida tuiffis habet.

Aphor. 14.

Aridus Autumnus Boreali frigore pro-
 dedit
 Humectis maribus, fœmineoq; gregi.
 Mensibus his alios ophthalmia sicca fati-
 gat,
 Et diuturna-parum febris, acuta-parum,
 Denique nonnullos bilis malè differet a-
 tra,
 Scilicet in quorum corpore multa la-
 tet.

Aphor. 15.

Arida tempeftas è tempeftatibus anni
 Affiduo membris vtilis imbre magis.

Aphor.

Aphor. 16.

Imbre sub assiduo corpus plerunq̄ue fati-
gant

Longinquæ febres, profluuijque fuga,
Putris & illuvies, nec non Apoplexia de-
mens,

Et tumor in collis, Herculeumq̄; malū:
Cum sitiēs tellus pluvijs cessantibus aret,
Cor tabes, lippus lumina læguor habet:
Intestina tenet dolor vlcere natus acerbo,
Fæda grauis mictus membra, podagra
pedes.

Aphor. 17.

Assiduo Boreæ firmantur corpora flatu,
Et benè pernici mobilitate vigent,
Nec minus ingenuo fulgent perfusa ru-
bore,

Plusq̄ue valent aures munus obire suū:
Illuvies alui sicca est, mordentur ocelli,
Et dolor ardescit, qui malè pectus habet.
Hæc eadē solvēs humectat sibilus Austri,
Obruit auditum mole, grauatq̄; caput,
Humectat vētrē, vertigine turbat ocellos,
Deniq̄; defidie læguida membra facit,

Aphor.

Aphor. 18.

Egregiè pueri , puerisque propinquior
 ætas

Sub canis exortu, vere novoq; valent:
 Solibus æstivis simul , autumnique sub
 ortum

Se benè, qui senio conficiuntur, habēt:
 Partibus autumnii reliquis , ac tempore
 Brumæ,

Quæis medijs annis firma iuventa viret.

Aphor. 19.

Quilibet in quovis contingunt tempore
 morbi:

Quosdam aliud potius tempus , & ora
 parit.

Aphor. 20.

Vere melancholici morbi, sæviq; furores,
 Herculis affectus , sanguineusq; fluor,
 Et tumor anginae , tusses , capitisque ca-
 tarrhi,

Alphi, lichenes, ulcera nata cute,
 Tubera quin etiam , rapidusque arthriti-
 dis ardor,

Hæc mala cōtingūt omnia vere nouo.

Aphor.

Aphor. 21.

Ex illis quidam veniunt æstate calente,
 Febris & assiduo sæua calore viget,
 Illaq; quam profert auroræ tertius ortus,
 Quamque ferunt quarti sidera luciferi:
 Præterea vomitus, & concitus impete
 venter,

Ardor ocellorum, sæuus ab aure dolor:
 Ulcera dein oris, manāsque è corpore fudor,
 Deniq; in obscænis nata putredo locis.

Aphor. 22.

Mensibus autumnii multi nascuntur eorū,
 Quos solet ætius progenerare dies,
 Præterea febres, que quartà luce fatigant,
 Et dubie, & durū splene tumente latus,
 Mictio difficilis, tabes, & læguor aquosus,
 Lubricitas ventris, difficilisque fluor,
 Inde frequēs haustus celi, coxęq; dolores,
 Et tumor anginae gutturis alta tenens.

Aphor. 23.

Pleuretici punctus brumæ sub sidere fiūt:
 Pulmones calor est, & sopor altus habet,
 Asper & est animæ trames: fit lapsa grave-
 Vertice de sūmo; pectora tussis agit: (do
 Sunt

Sunt Apoplexię simul, & vertigo cerebro,
Et lateri & lumbis, pectoribusq; dolor.

Aphor. 24.

Si quis & ætates hominum numerabit, &
annos,

Hos illi morbos, & mala ferre solent:
Exigui pueri, natiq̄ue recentèr in auras
Sæpè per ora vomunt, ulcus & oris ha-
bent:

Hos vigiles noctes, & ventris flamma, pa-
voresq̄ue, (bent.

Humor in auriculis, & malè tuis ha-

Aphor. 25.

Tempore quo pueris cernuntur surgere
dentes,

Os prurire solet, febris & ardor adest:
Spasmus, & illuvies emanās lubrica vètre

Dente sit in primis proveniente canis,
Ast his præcipuè, crasso qui corpore tur-
gent, (onus.

Et quibus exsuccum ventris inhæret

Aphor. 26. (ptis,

Grandius his paulò pueris iã corpus ade-

Tōsillas tumidus gutturis ardor habet,

Ossaq̄ue

Ossaque cervicis luxatur ad intima colli,

Et lapis est vetrici, faucibus asthma graue.

Ascarides tenues, & vermes mole rotunda:

Verrucæ, tenui quas caro fune ligat:

Denique strumarum tumor, & tubercula
multa,

Omnia cum primis enumerata prius.

Aphor. 27.

Horum nonnulli iam pubescentibus illis,

Iamq; magis factis grandibus eveniunt:

Hinc febris diuturna magis, quam febris
acuta

Accidit: & nares sanguinis imbre fluunt.

Aphor. 28.

Iudicio pueris morbi plerunq; levantur

Post quadraginta sidera luciferi.

Septima cum Luna est, quidam, vel septi-
mus annus,

Quidam, ubi pube nitet iam juvenile
femur. (morbi,

At qui perititerint stabiles in corpore

Cum pueris pubes florida membra notat,

Quiq; ubi iam virus fædat lunare puellas,

Prorsus in his omnes cõsenuisse solent.

Aphor.

Aphor. 29.

Sanguineū iuuenes reiectāt ore cruorem,
 Marcidaq; illorū pectora tabe cadunt,
 Hos subitæ febres simul, & stupor Hercu-
 lis angunt,

Atq; alij morbi: sed mage tale genus.

Aphor. 30.

Queis viget exactis ætas iuuenilibus an-
 nis,

Pulmonum feruor, pleureticusq; dolor,
 Asthma, soporq; altus, febrisq; phre-
 nitis & ardor,

Hos agit, & longū fluxile ventris onus,
 Hinc dysenteria, choleraq; lienterieq;
 Podice manantes sanguinei que globi.

Aphor. 31.

Difficiles haustus cæli & cū tusse catharri
 Eueniunt, senio queis sua mēbra tremūt,

Nec non ros loti stillans, & miectio tristis,

Et grauis ad renes articulosq; dolor,

Vis apoplexiæ, dubius vertiginis error,

Corporeq; in toto non habitudo bona,

Tota cutis prurit: vigilātur tépora noctis:

Alyus, & immodico lumina rore madēt:

Naribus

Naribus humor inest, oculis glaucoma,
recusant

Visus & auditus munus obire suum.

Finis libri tertij.

APHORISMORVM
HIPPOCRATIS

LIBER IV.

Aphorismus I.

Purgato gravidas ubi turbidus æstuat
humor,

Quæ quatuor menses prole fuere gra-
ves,

Septima dum complent se lumine cor-
nua Lunæ,

At medicare tamen lenius, atque mi-
nus.

Si minor extiterit fetus, vel grandior alvi,

Pharmaca tu gravidis applicuisse cave.

Aphor.

Aphor. 2.

Talia purganti pellenda è corpore succo, B
Qualia spontè suâ visa venire, juvant.

Quæ secus effuso decedunt pōdera vêtre, I
His malè conveniens impediatur iter.

Aphor. 3.

(dest:

Vt decet, illuvies si prodit corpore, pro- S
Si secus existit, non benè mēbra leuat.

Aphor. 4.

Mensibus æstivis purgatio guttura sūma: C
Mensibus hybernis inferiora petat.

Aphor. 5.

Purgantis non est tutus medicaminis usus C
Sub canis æstivi sidus, & ante canem.

Aphor. 6.

Qui facili ore vomunt, tenuesque habi- I
tudine macrâ

Purgentur vomitu, nî graue frigus erit.

Aphor. 7.

Difficili vomitu qui sunt, & carne valenti, I
Deijciant alium, nî Canis vrit agros.

Aphor. 8.

Corporibus tristi pulmonū tabe minutis
Pectora ne quasses ore vomente caue.

Aphor.

Aphor. 9.

Bile nigrâ plenos purgato per infima ven-
 Illuuiem cõtrâ tolle per ora leuê. (tris:

Aphor. 10. (bo

In nimiùm subito prodest purgatio mor-
 Principio, & primo, quo venit ille, die,
 Scilicet egestũ si postulet efferus humor;
 His etenim morbis tarda medela nocet.

Aphor. 11.

Cum dolor & lumbos, & ventrem tormi-
 na vexant,

Et ventris media est in regione dolor,
 Qui nõ phębeis meminit discedere succis
 Aridus intercus nascitur inde tumor.

Aphor. 12.

Lubrica queis aluus sumtas malè conti-
 net escas, (lum.

Hiberno vomitum tempore cire, ma-

Aphor. 13.

Hellebori quisquis radice potēte potitus,
 Humores facili non vomit ore malos,
 Antè cibum plenum capiat, placidamque
 quietem,

Humidus ut requie diffluet, atq; cibo.

Aphor.

Aphor. 14.

Elleboro potō præstat sua mēbra movere,
 Deside quàm somno, sive quiete frui.

Nam liquet ex illis, qui sulcant æquora
 puppi, (suo.

Quòd veniant motu turbida membra

Aphor. 15.

Si libet ellebori medicamine membra le-
 vare

Illuvie fædâ, membra movere velis:

Si libet ellebori sævas contundere vires,

Ducendus sopor est, & capienda quies.

Aphor. 16.

His nocet Elleborus, carnis qui robore
 præstant, (rit.

Nam miseris haustus spasmata seva pa-

Aphor. 17.

Si calidæ nullo languenti febris ab æstu

Nausea vescendi, cordoliumque venit,

Si veniūt tenebræ vertiginis, oris amaror,

Viscera per vomitū mūdificare monēt.

Aphor. 18.

Qui mediij vētris septo dolor altior angit,

Et petit, ut purgans se medicina levet,

Per

Per superas partes ducētia pharmaca po-
Infrà si dolor est, inferiore viâ. (scit,

Aphor. 19. (haustis,

Qui dum purgantur succis medicantibus
Concipiunt nullam sicca per ora sitim,
His non purgandi modus est, finisque me-
dendi,

Donec concipiant sicca per ora sitim.

Aphor. 20.

Si nullis homini febris fervoribus usto
Per latebras imi tormina ventris eunt,
Si que genu vexat gravitas, lumbosque
dolores,

Purgari cupiunt inferiora loca.

Aphor. 21.

Stercora quæ nigro veniūt collata cruori
Spōte, vel in feбри, vel sine febre, mala:
Et quo multiplici plūs sunt variata colore,
Tantò peiori conditione nocent.

At melius, poto medicamine talia duci,
Plus, quò plus vario sparsa colore patēt.

Aphor. 22.

Principio morbi si bilis prodeat atra
Faucibus, aut alvo, mox erit atra dies.

Aphor.

Aphor. 23.

Qui chronicis morbis, vel corripuntur
acutis,

Infestumque egro corpore vulnus alunt,
Quique aliter tenues, bilis si redditur atra
Seu cruor his ater, luce sequente cadunt.

Aphor. 24.

Intestina nigrans ubi sauciat ulcere bilis,
Non procul esse potest mortis acerba
dies.

Aphor. 25.

Qualiscunque cruor manans è gutture,
triste est;

At niger è barathro posteriore, bonum.

Aphor. 26.

Quando dysentericis ægro cruciatibus
alvi (lum.

Decedunt carnis frustra minuta, ma-

Aphor. 27.

Febre laborantes si reddunt sanguinis im-

His iterum firmis fluxilis alvus erit.

Aphor. 28.

Quos homines bilis deiectione crebra fati-

Si fiunt surdis auribus, ista fugit:

At

At quib9 est surdâ sēsus deperditus aure,
Bilis ab egestu rursus ab aure valent.

Aphor. 29.

Febre laborantem si sexto sole rigores
Concutiunt, veniet durior hora crisis.

Aphor. 30.

Quos non incertis febres ardoribus vrūt,
Hi criticæ lucis tempora dura ferunt,
Si, quacunq; horâ, febris cessaverit ardor,
Hâc iterū verset membra sequente die.

Aphor. 31.

Queis rapido febris dum depascuntur ab
æstu,
Membra velut duro fessa labore, la-
bant, (resa
Abscessus veniunt, atque ulcera pure pe-
Non procul à malis, articulumque lo-
cis.

Aphor. 32.

Erepti morbo quæ parte dolore tenētur,
Humor in abscessū conglomeratur ibi.

Aphor. 33.

Quàm iaceāt morbo, quæ partes antè la-
borant,

C His

His occulta sedent semina prima mali.

Aphor. 34.

Si subito vocis coeat via febre perusto,
Tubere non ullo colla tenente, malum.

Aphor. 35.

Si subito collum vertatur febre iacenti,
Ne voret, haud quicquam fauce tu-
mente, malum.

Aphor. 36.

Vtilis est sudor febrili ardentibus æstu,
E cute quem phæbi tertius ortus agit:
Vtilis est, quinto quem profert Lucifer
ortu,

Quem profert nonus, septimus, unde-
cimus,

Quem decimus quartus, decimus quem
septimus, & quem

Bis-decimi primi tempora solis habet,
Et quem bis-decimus Titan, & septimus,
& quem

Ter-decimus primus cernit abire dies:
Tum quem ter decimo quarto Sol excu-
tit ortu;

Mutat enim morbos, iudicioque levat.

Qui

Qui secus emanat sudor, reditumvè, labo-
remvè,

Aut fore morborū tépora lōga monet.

Aphor. 37.

Febribus in sauis mortē denunciāt algēs
Sudor: at in levibus tépora longa mali:

Aphor. 38.

E quocunq; loco sudans elabitur humor,
Hâc morbi sedes in regione latet.

Aphor. 39.

Si quâ parte calor cruciat, vel frigora
mordent,

Hîc stabulū morbos figere, certus eris.

Aphor. 40.

Cùm totū variat corpus mutatio rerum,
Et iam frigus habet, iam gravis æstus
habet,

Aut alij ex alijs invertunt ora colores,

Indicium est morbi tempora lōga fore.

Aphor. 41.

Largitèr effusus sopito corpore sudor,

Indicat hoc nimio luxuriare cibo.

Quòd si cōtigerit tenui nutrime pãstis,

Evacuante manu corpus egere putes.

C 2 *Aphor.*

Aphor. 42.

Assiduus sudor gelidus testatur acerbum,
At calidus morbum nunciat esse le-
vem.

Aphor. 43.

Febris, quæ gravius torquens, ubi tertius
ortus

Lucifer, haud cessat, perniciofa magis:
At quocūq; modo posito cessaverit æstu,
Indicium sese peste carere facit,

Aphor. 44.

Quos longæ febres lentis ardoribus urūt,
His tumor articulos occupat, atq; dolor.

Aphor. 45.

(lutâ

Queis dolor articulos, & tubera febre so-
Impediunt, illos victus oppimus alit.

Aphor. 46.

Assidua febre rigidus si concutit horror,
Affecto fessum corpore, causa necis.

Aphor. 47.

Fætida quæ spuitur, livens, & mista cruore,
Bileque deformis, tota saliva mala est.
Si tamen affectis reddatur tempore iusto,
Et releuet vires, tota saliva bona est.

Nec

Nec minus hoc verum est fædo de ponde-
re ventris,

Quisquis & erūpit per genitale liquor,
At quodcunq; rei manat de partibus illis,
Nec relevat pressum pōdere corp^o obest.

Aphor. 48.

Febrib^o assiduis si corporis extima frigēt,
Fervida sed sitiunt interiora, malum.

Aphor. 49.

Febribus assiduis usto si lumina mutant,
Aut ciliū, aut nasus, sive labella decus:
Si nihil accipiūt aures, nil lumina cernūt,
Viribus exhaustis, imminet atra dies.

Aphor. 50. (stus,

Febre vbi continuâ fesso gravis aëris hau-
Error & est mentis, summa propinqua
dies.

Aphor. 51.

Abscessus febris critico nisi tépore primo
Diffugiāt, morbi lōga futura mora est.

Aphor. 52.

Qui morbo languens, febrisque calore
perustus

Dat lacrymas ultrò, nil facit ille novi:

C 3

At

At nimis insolitū, nimis & mirabile visu,
Invitis lacrymas fundere luminibus.

Aphor. 53.

Viscidus ob dentes nascens in febribus
humor,

Sævitiā morbi nunciat esse gravem.

Aphor. 54.

Arida cui constās quassat præcordia tussis
Febribus in rapidis, non nimis ille fitit.

Aphor. 55.

Pestilis est omnis febris bubonibus orta,
Hâc tamen exceptâ, quâ levat vna dies.

Aphor. 56.

Corpore si sudor demanat febre iacentis,
Febre laborantē non fugiente, malum;
Namque sibi longus producit tempora
morbus,

Et nimiū languens humiditatis habet.

Aphor. 57.

Si rigido tractis tetano, vel spasmate
membris

Adveniat febris fervor, utrumq; levat.

Aphor. 58.

Febre laborantē rapidâ si frigidus horror
Concu-

Concutit, auxilio frigidus horror erit.

Aphor. 59.

Febris quam phæbi cit tertius ortus ad
vnguem,

Circuitus septē, dum superetur, habet.

Aphor. 60.

Qui iacet infesto febris fervore perustus,

Si nullum surdâ percipit aure sonum,

Illi sanguineus manans è naribus imber,

Concitus aut venter pellit ab aure ma-
lum.

Aphor. 61.

Ni calor ægrotum febrilis in impare luce

Deserat, affectus rursus in ossa venit.

Aphor. 62.

Si sequitur morbus febrilem regius æstū,

Antea quam lux est septima pulsa, ma-

lum.

Aphor. 63.

Cùm quatiunt certo febriles sole rigores,

Illo, quo quatiunt tempore febris abit.

Aphor. 64.

Febre laboranti si regius inficit ora

Morbus, in his cōstat lucibus esse bonū,

C 4 Scilicet

Scilicet auroræ quas profert septimus
ortus, (mus,

Et decimus quartus, nonus, & undeci-
Ni lateris dextri pars infima dura resistat,
Quæ facit indicium, non nimis esse bo-
num.

Aphor. 65.

Ventriculum rapidus torrens in febribus
ardor, (malum.

Et stomachum vellens morsio, grande

Aphor. 66.

Febribus in subitis crucians convulsio
nervos, (lum.

Et dolor exercens viscera, grande ma-

Aphor. 67. (ror

Anxius in somno quatiens præcordia ter-
Febre laborantis, spasmaq; signa mali.

Aphor. 68.

Spiritus in febre cessans est pestilis ægro,
Nam facit indicium spasma te membra
trahi.

Aphor. 69. (quore,

Queis, ubi febris adest, crasso est urinali.

Queis simul est grumis nubila, pauca

(simul, Postea

Postea si tenui mittatur ab inguine lym-
phâ,

Pondere nec parvo, viscera pressa levat.
Præcipuè talis profunditur, ordia morbi
Quando sedimentum deposuère priùs.

Aphor. 70.

Si loti liquor est turbatus febre calenti,
Quale boves mingunt, tempora sum-
ma dolent.

Aphor. 71.

Quo crisis in morbo, morbi quibus exi-
tus ægris,

Eveniet, cùm Sol septimus ortus erit,
Antè die quarto missam genitalibus un-
dam,

Purpureæ parvæ nubis opaca tegunt.

Aphor. 72.

Vesicæ quibus est fulgens & candidus
humor,

Pessimus, in primis quos furor æger a-
git.

Aphor. 73.

Alta quibus raucum tollunt Hypochon-
dria murmur,

C 5

Alvus,

48. APHORISM. HIPPOCR.

Alvus, lumborum sede dolente, fluit,
Ni fortasse ruant flatus, vel copia loti
Partibus è fædis, dūmodò febris adest.

Aphor. 74.

Cū super articulos tumidum decumbe-
ret tuber

Suspicio est, res hæc impedit illuditer:
Scilicet urinæ si largè redditus humor

Candidus & crassus per genitale fluit,
Qualis ab affectis, longis qui febris ar-
Lucifero quarto præsiluisse solet. (dēt,
Si tamē & rubri manāt è naribus imbres,
Morbus in exiguo tempore pulsus erit.

Aphor. 75.

Qui faniem puris mingit, roremvè cruen-
tum,

Aut in vesicâ, aut renibus ulcus habet.

Aphor. 76.

Si minimas carnes vesicæ crassior humor
Continet, atque pilis æmula, renis erāt.

Aphor. 77.

Queis aqua vesicæ fert furfuris æmula
secum,

Hæc scabie fædū clamat habere sinum.

Aphor.

Aphor. 78.

Cum citò sanguineus manat genitalibus
humor,

Abruptam venam renibus esse liquet.

Aphor. 79.

In quibus urinis cumulus subsidit arenæ,
Vesicæ lapidem dicit inesse cavo.

Aphor. 80.

Si quis sanguineos grumos, liquidumque
cruorem

Aut loti guttas mittat ab inguinibus,
Si dolor & fæmen, ventremque exerceat
imum,

Vesicæ latitat sub regione malum.

Aphor. 81.

Si quis sanguineum rorem, squamasve
minutas

Inguinibus fūdit, colluviemque putrem,
Si, quod erit mictum, tetri comitantur
odores,

Certè vesicæ sacculus ulcus habet:

Aphor. 82.

Queis tumet in loti distētū tramite tuber,
Rupto iam putri tubere, morbus abit.

Aphor.

Plurimus urinæ nocturno tēpore mictus,
Indicium fieri stercora pauca facit.

Finis Libri IV.

APHORISMORVM
HIPPOCRATIS

LIBER V.

Aphorismus I.

Spasmus ab Hellebori bibitis radicibus
ortus,

Ægra repentinâ corpora morte necat.

Aphor. 2.

Quod sequitur sævo percussum vulnere
corpus,

Spasma, repentino funere tollit idem.

Aphor. 3.

Singultus veniēs à sanguinis ubere fluxu,
Quin etiã spasmus, tradit uterq; neci.

Aphor.

Aphor. 4.

Purgantis nimio natus medicaminis
 haustu

Singultus, Spasmi tractio, morte necāt.

Aphor. 5.

Qui madidus vino nescit profundere vo-
 cem,

Convulsus subitò, non superesse potest
 Ni cadat in febrem, vel nî quo tēpore vini
 Exhalat fumum, pristina verba ferat.

Aphor. 6.

Correpti tetano, quartæ pòst tēpore lucis
 Lucis linquentes munera, morte cadūt.
 Sed qui tot poterunt durare superstite vitâ
 Luciferos, medicâ restituuntur ope.

Aphor. 7.

Crescenti puero, primis & mollibus annis
 Herculeus pelli morbus ab arte potest.
 Si tamen affectus ter quinos manserit
 annos

Atque decem, medicas respuit ille ma-

Aphor. 8.

Si non pleureticis spatîo bis quinque die-
 Et quatuor, sputi squalior adētus erit,
 Humo-

52. APHORISM. HIPPOCR.

Humorum illuvies medio thorace retēta
Fit putris, affectum progeneratque
novum.

Aphor. 9.

Quæ ter sex annos, quæ sex quinquennia
Ætas, inter eas tabida fit media. (vicit

Aphor. 10.

Quæis tumor anginae pulmonis in intima
serpit,

Intereunt, cum sol septimus ortus erit.
Sed qui tot luces poterunt evadere mor-
tem,

His pus in latebris pectoris aggeritur.

Aphor. 11.

Tabæ quibus pallent artus, reiecta saliva
Addita si prunis fumat odore gravi,
Si que cadunt ultrò crines radice revulsi,
Ægris exitium non procul esse liquet.

Aphor. 12.

Tabæ liquefcenti coma si delabitur, alvus
Et cita fit, mortis proxima nigra dies.

Aphor. 13.

Qui mistū spumis reiectant ore cruorem,
His è thoracis redditur ille cavo.

Aphor.

Aphor. 14.

Tabificâ vultum macie pallentibus alvus
Si cita fit, mortem nunciat esse propè.

Aphor. 15.

Cùm nimium sævis laterum cruciatibus
usti

In latebris anime sordida puris habent,
Ni, quadraginta cum Sol ostēderit ortus,
Pus abeat, minuit tabida pestis eos.

Aphor. 16.

Hæc affert usus calidarum incommoda
rerum:

Effætas carnes, desidiamque parit:
Exhaurit nervos simul, effunditque cru-
orem,

Defectus animi causa, feræque necis.

Aphor. 17.

Frigida res spasmos, tetanosque lacessere
nata est:

Nigrat, & exuri corpora febre facit.

Aphor. 18.

Frigore plena nocent capitis dorique
medullæ,

Ossibus, & nervis: sed calor ista fovet.

Aphor.

Aphor. 19.

Corporis immodico cum torpent frigore
 membra,

Æstiferis frigus dissoluisse decet,

His tamen exceptis, quæ fundunt sangui-
 nis imbrem,

Sive brevi venient sanguinolenta morâ.

Aphor. 20.

Et nocet ulceribus, gelido quod frigore
 pollet,

Et pariter reddit tegmina dura cutis:

Pus fieri prohibet: nigrat, febrisq; rigores,

Spasmos ac tetanos progenuisse potest.

Aphor. 21.

Qui iuuenis tetano languens habitudine
 præstat

Corporis eximiâ, nec tamen ulcus ha-

Concipit aspersus lymphâ frigente calo-
 rem

Sole sub æstiuo: dissipat æstus eum,

Aphor. 22.

In quibus ulceribus medicamina plena
 caloris

Pus pariunt, nihil his tutius esse potest:

Molli-

Mollificant, tenuant, tristes mulcentque
dolores,

Horrori, spasimis auxiliumque ferunt:
Dissoluunt capitis graue pondus, & ossa
soluta

Mirificis possunt restituisse modis,
Præcipuè carnis quæ denudantur amictu,
Et magis si capitis vulnus in osse patet:
Frigore conducunt uestis, partiq; pudædæ,
Vesicæ, vuluæ, sedibus, Herpetibus.
Omnibus his profunt tepido perfusa ca-
lore:

Frigida narratis sunt inimica malis.

Aphor. 23.

Frigida res prodest, ubi manat corpore
sanguis,

Addita nēpè viæ sanguinis, vnde fluit:
Præterea si pars rubet inflammata recenti
Sanguine, feruorē sanguinis illa necat:
Denigrat veteres ardores; vlceris expers
Sanat Erysipelas, nō iuuat vlcus habēs.

Aphor. 24.

(tarrhos
Frigida, nix, glacies thoraci infensa, ca-
Cit, venas rumpit, pectora tulle quatit.

Aphor.

Aphor. 25.

Articulos tumidos , fractosque dolore
podagræ

Ulceris expertes frigida lymphæ iuuat.
Spasma leuat membris infusa , leuatque
dolorem ,

Nam torpore leui visus abire dolor.

Aphor. 26.

Lymphæ citò feruens , & protinus algida
facta,

Summæ præ reliquis est leuitatis aquis.

Aphor. 27.

Sub mediam noctem quorum sitis arida
fauces

Vstulat, hos somnū rursus inire iuuat.

Aphor. 28.

Halitus accensi diffusus aromatis usu
Menstrua, profluvium fæmineumque
mouet,

Ac multis alijs affectibus utilis esset ,

Nî faceret magni ponderis esse caput.

Aphor. 29.

Purgato grauidas , ubi turget' noxius hu-
Quæ quatuor menses prole fuere graves,

Septima

Septima dum complent se lumine cor-
nua Lunæ,

Has tamen eluito lenius atq; minus,
Si minor extiterit, vel grandior embryo
ventris,

Purgando matrem sollicitare cave.

Aphor. 30.

Si gravidæ partu venæ feriuntur, abortit,
Et mage, quo ventri maius inhæret on^o.

Aphor. 31.

Si mulier prægnans morbo têtatur acuto,
Ante fores inflat funebris atra dies.

Aphor. 32.

(imbres,

Fæmina sanguineos eructans faucibus
Si veniunt ipsi menstrua, sentit opem.

Aphor. 33.

(ses,

Fæmina consuetos retinet si corpore mē-
Sanguine per nares exiliente, bonū est.

Aphor. 34.

Si partu gravidæ laxata resolvitur alvus,
Maturus fætum procreat ante dies.

Aphor. 35.

Quæ matrice dolet, partūq; enititur ægrè,
Sernutamento concita, sentit opem.

Aphor.

Aphor. 36.

Deformes menses, nec iusto tempore fusi
Purgantes succos applicuisse iubent.

Aphor. 37.

Si gravidæ subito macies tenuare papillas
Incipit, ante suum parturit illa diem.

Aphor. 38.

Gestanti geminos utero si mamma ma-
crescit

Vna, alter tempus gignitur ante suum;
At si dextra quidem, generatur mascula
proles, (macet.

Fæmina, si quando mamma sinistra

Aphor. 39.

Si quæ nec prægnans, nec facta puerpera
nuper (fluunt.

Lac habet, huic uteri menstrua nulla

Aphor. 40.

Fervidus in mammis collectus sanguinis
humor

Indicium, rabiem cor agitare, facit.

Aphor. 41.

(aluo:

Nosse flagras, vtrum mulier conceperit
Capturæ somnos mulsæ bibenda dato,

Tristia

Tristia si ventris patiatur tormina, pleno
Fert utero: si non, venter inanis erit.

Aphor. 42.

Fæmina si grauis est fætu mare, plena ru-
bore est:

Si grauis est alio, pallor in ore sedet.

Aphor. 43. (uæ,

Si fit Erysipelas tumor in sinuamine vul-
Quæ tumet incluso pondere plena,
malum.

Aphor. 44.

Quæ nimium tennes fætu complentur,
abortum (runt.

Emittunt, donec pinguia membra ge-

Aphor. 45.

Quæ modicè pinguis sine causâ mittit ab-
ortum

Tertia cùm phæbe, siue secunda coit,
Huic ita distendit lentus cotyledonas hu-
mor,

Pondera ne fætus continuisse queant.

Aphor. 46. (nescit,

Quæ nimium pinguis compleri semine
Illius omentum colla vterina premit,

His

His igitur nequeunt impleri viscera partu,
Dum macies vultum, parvaque mem-
bra notet.

Aphor. 47.

Pars uteri coxis incumbens sordida pure
Emmota præ reliquis postulat auxilia.

Aphor. 48.

Parte iacet dextrâ matricis mascula pro-
Fæmineum levâ sed regione genus. (les:

Aphor. 49.

Sternutamento cupis exturbare secundas?
Obtegito nares, oraque summa manu.

Aphor. 50.

Si libet immodicum lunare sistere fluxum,
Ingentem mammis adde cucurbitulam.

Aphor. 51.

Cui gravidus turget vitali pōdere venter,
Huic uteri cervix tramite casta coit.

Aphor. 52.

Copia prægnanti si lactis ab ubere manat,
Invalidis fætum viribus esse monet:

Si teretes turgent mammæ, tactuque re-
sistunt,

Certus eris, prolem robur habere suum.

Aphor.

Aphor. 53.

Quæ immaturi fœtus impendet abortus,
 Mammillæ macie conficiuntur eis:
 At si durefcūt mammæ, dolor afficit illas,
 Aut genua, aut coxas, lumina siue duo.

Aphor. 54.

Fæmellis, uteri quibus obdurefcit hiatus,
 Collapsâ coëunt colla uterina viâ.

Aphor. 55.

Quæ gravidæ fœtu correptæ febribus ar-
 dent,

Sive quibus macies tollit ab ore decus,
 Difficili fœtus emittunt pondera partu,
 Aut immaturum ferre videntur onus.

Aphor. 56.

Fluxibus immodicis uteri convulsio nata,
 Defectusque animi tristis, utrumque
 malum.

Aphor. 57.

Fert uteri morbos lunaris copia viri,
 Et veniunt morbi, quâdo resedit idem.

Aphor. 58.

Recto intestino, vulvâq; tumētibus æstu,
 Pureque perroso miçtio dente gravis.

Cùm

Cum verò calidus tumor inflammaverit

Hepar,

Ægro singultus creber in ore sonat.

Aphor. 59.

Quæ mulier sterili semen non concipit
alvo,

An queat impleri, si tibi nosse libet,

Huic artus circum velatæ vestis amictu

Est latebris uteri subijciendus odor.

At si corpus odor penetrans affecerit ora,

Non à se sterilis dicier illa potest.

Aphor. 60.

Si gravidæ fætu purgatio menstrua currit,

Huic benè si fætus nõ habuisse potest.

Aphor. 61.

Si mulier nullos profundit corpore men-
ses,

Nec gravis hanc horror, sequaque febris
habet. (rum,

Et tamen afficiunt stomachum fastidia re-

Esse illam gravido corpore certus eris.

Aphor. 62.

(vulvæ,

Queis nimium densæ frigent sinuamina

Concipiunt illis semina nulla viri,

Quæ

Quæ multoq̄ue ferunt vteros humore
madentes;

Semina nam nimio victa madore iacēt,
Quæque nimis siccos, nimis & feruoribus
vstos,

Nā nisi nutritur sperma liquore, perit.
Sed quæ tēperie mediâ sunt corporis aptæ,
His poterunt pleni prole tumere sinus.

Aphor. 63.

Par maribus ratio. Queis rarum corpus,
in auras

Spiritus effugiens, semen inane facit:
Queis densum corpus, non seminis exilit
humor:

Queis nimiū friget, percaluisse nequit,
Possit ut in latebris vteri glomerarier hu-
mor.

Queis feruet, steriles non minus esse
solent.

Aphor. 64.

Tempora queis languent ægro cruciata
dolore

Membra quibus tristi fēbre perusta ia-
cent:

D Queis

Queis elata tument Hypochondria, mur-
mure facto,

Quosq; fitis torret, pascere lacte, malū:
Quique vomunt bilem: quos febris acuta
fatigat,

Et quibus effusus sanguinis imber erat.
Lac nocet his. Prodest, tabes quibus exe-
dit ora,

Non tamē exurit febris anhela nimis:
Conuenit his etiam qui longis febribus
ardent,

Et quorū sensim corpora marcor edit.

Aphor. 65.

Ulcerā collecto queis plena humore tu-
mescunt,

Hos nec spasma, furor nec male sanus
agit.

Verum si subitò tumor evanescit in illis
Parte quidem tergi, spasmata membra
trahunt.

At si frōte tumēs subitò subsederit ulcus,
Et furor, & lateris nascitur inde dolor,
Puris & illuvies cōgesta in pectoris alto,
Sanguis & egeritur, si tumor huius erat.

Aphor.

Aphor. 66.

Grādia si nullum sublimat vulnera tuber,
Pravaque, sunt magni nūcia signa mali.

Aphor. 67.

Ulcerā tractanti digito quæ dura resistūt,
Pessima : quæ digito cedere prompta,
bona.

Aphor. 68.

Parte sui capitis qui posteriore laborat,
Hunc subiēs frontē faucia vena iuvat.

Aphor. 69.

Frigidus à lumbo femellis incipit horror,
Et penetrans dorsum tempora summa
petit:

Imò viris etiam posticis incipit idem
Partibus, è cubito scilicet, & femore.
Et facit anterior cutis id calidissima cer-
tum,

Plurima quam rarā clamitat esse coma.

Aphor. 70.

Viscera queis torrent quartanæ incendia
febris,

His nequeunt tristi spasmate membra
trahi:

D 2 Si ta-

Si tamen eveniat, spasmō teneantur ut
ægri,

Ille procul febrī dissolvente fugit.

Aphor. 71.

Dura & sicca quibus cutis est languenti-
bus ægris,

Hi non sudantes fata suprema vident:
At quibus hæc laxa est, spiramine raraque
multo,

Cum sudore solent occubuisse neci.

Aphor. 72.

Flava quibus bilis pallētes turpat ocellos,
Hos nimum flatus non agitare solent.

Finis Libri V.

APHO.

APHORISMORVM
HIPPOCRATIS
LIBER VI.

Aphorismus 1.

Q Vando lienteriam ructus collatus
aceto

Consequitur, qui non exijt antè, bo-
num est.

Aphor. 2.

Cui natura dedit nares humore madètes,

Semen & humidius, gès ea sana minus:

Cui natura dedit nares humoris egentès,

Taleq; seminium, gens ea sana magis.

Aphor. 3.

Quando Dysenterias lōgas fastidia rerum

Excipiunt, pravum est: febre coquente
magis.

Aphor. 4.

Ulcerà, quæ circum sunt margine crini-
bus orbo,

D 3 Sunt

Sunt mala, pæoniâ vixque levâtur ope.

Aphor. 5.

(bit

Quâm sint dissimiles ægri, similesvè doce-

Te dolor, ut pectus qui tenet, atq; latus.

Aphor. 6.

Affectus renum fessis ætate senectâ,

Et mala vesicæ vix medicina levat.

Aphor. 7.

Ille dolor leuior, vètris quo sūma laborât,

Intima qui versat, fævior ille dolor.

Aphor. 8.

Orta cutis summo limfâ turgētibus ægris
Ulcerâ, phæbeâ rarò leuantur ope,

Aphor. 9.

Pustula quæ spatio lögè diffūditur amplo,

Pruritu nimio non solet esse grauis.

Aphor. 10.

(get,

Si caput humanū dolor implacabilis ur-

Illuvie puris, sanguineisue globis,

Siue liquēte vndâ per nares, ora vel aures

Largitèr emissis, pellitur ille foràs,

Aphor. 11.

His, qui rene dolent, & abundant sanguini-

ne nigro,

Fert.

Fert cruorè venis podicis actus, opem.

Aphor. 12.

Claudere si venas longo quis tētat hiātes
Tempore, quæ circum podicis ima la-
tent,

Nec tamen ex illis vnā cōseruat apertā,
Aut phthisis, aut ventris languor aquo-
sus erit.

Aphor. 13.

Pectora si tremulus singultus, & ora fati-
gat,

Sternutamentum protinus illa iuuat.

Aphor. 14.

Si liquor è venis Hydrope tumentibus
ægris

Labitur in vētrē, corpore morbus abit.

Aphor. 15.

Concita queis aluus diuturno tempore
currit,

Si sequitur vomitus, protinus ille iuuat.

Aphor. 16.

Quem peripneumonius dolor, aut pleu-
riticus vrit,

Si cruciet ventris fluxio, grande malū.

D. 4 *Aphor.*

Aphor. 17.

Qui lacrymas fundit lippos suffusus ocel-
los,

Si fluido reddit stercora vètre, bonum,

Aphor. 18.

Si cor vuln^o habet, capitis si læsa medulla,

Vel caro vesicæ, vel diaphragma dolet:

Vulnere si parvum cõfigitur intestinum,

Si iecur, aut stomachus, mortis aperta
via est.

Aphor. 19.

Si diuisus erit neruus, si robur & ossis,

Osque, quod à vero dissidet osse parũ,

Siue genę pars, vel summę velamina glan-
dis,

Non crescunt, labris nec coijisse queũt.

Aphor. 20.

Si cruor in vëtris cecidit sinuamina lapsus

Puris in illuviem contemeratus abit.

Aphor. 21.

Quando tumet varix rabido dementibus
æstu,

Ac Hæmorrhoides, pausa furoris erit.

Aphor.

Aphor. 22.

Cui dolor à tergo cubitis allapsus inhæret,

Hunc tenui ferro didita vena levat.

Aphor. 23.

Si timor & luctus persistunt tēpore lōgo,
Significant multum bilis adesse nigræ.

Aphor. 24.

Omnia quæ fiunt exilibus intestinis
Vulnera, non ullo sunt coitura die.

Aphor. 25.

Pestiferum, fervens ubi se tumor altiùs
infert:

Vtile, si membris egrediatur, erit.

Aphor. 26.

Febribus in rapidis trepidus qui concutit
horror,

Ægroto mentis desipiente fugit.

Aphor. 27.

Queis tumidus venter morbo pallefcit
aquofo,

Vel medius pulmo pure liquēte natat,
Si sectis, usti ve liquor defluerit omnis,
Puris & illuvies, mox venit atra dies.

D S *Aphor.*

Aphor. 28.

Non podagram norunt, queis membra
virilia secta,

Nec vidui possunt verticis esse comâ.

Aphor. 29.

Fæmina non unquam podagræ torquetur
ab æstu,

Si genitale suo tempore virus habet.

Aphor. 30.

Non vitio podagræ iuvenis puer antè la-
borat,

Quam paphiæ sensit dulcia furta Deæ.

Aphor. 31.

Si quis fortè dolor tristes affligit ocellos,

Hûc veteris Bacchi fervida dona levât,

Balneauè, aut fot^o, vel cuspide faucia vena,

Aut quod purgandi vim medicamen
habet.

Aphor. 32.

Qui malè faciendi linguâ titubâte loquuntur

Profluuiû longo tēpore ventris habêt.

Aphor. 33.

Nû nimiû lateris pressus cruciatib^o ardet,

Qui ructus acido mittit odore graves.

Aphor.

Aphor. 34.

Vertice qui calvo nullis sunt crinib⁹ hirti
 Non illis magno varice mēbra tumēt.
 Si tamen & calvis vari se tollit in altum.
 Hi decorabuntur rursus honore comē.

Aphor. 35.

Queis tumidum pallet suffusâ corpus ab
 unda,
 Lāguida si trepidēt pectora tulle, malū.

Aphor. 36.

Difficilem mictum sanat percussio venæ:
 Poplitis internā sed secuisse, bonū est.

Aphor. 37.

Si tumor anginae collis excluditur altis,
 Expedi, in summam nā parat ire cutē.

Aphor. 38.

Qui latitant alto tecti sub corpore cācri,
 His satius medicas abstinuisse manus.
 Nam citius pereunt, quibus est admota
 medela,

Quàm quos pæoniæ destituere manus.

Aphor. 39.

(membra,

Spasma venit, quando redduntur inania
 Plenave: Singultus non aliunde venit.

Aphor.

Aphor. 40.

Qui dolor exercet nullis Hypochondria
flammis,

Accipit eventum febre sequente suum.

Aphor. 41.

Pus ubi contētū signo non proditur ullo,
Puris crassities impedit, atque loci.

Aphor. 42.

Turpia queis flauo facit icterus ora colo-
Si iecoris fiant viscera dura, malum.

Aphor. 43.

Qui miser affecto tumet obnitēte liene,
Profluvio ventris difficiliq̄e dolet,
Protinus hunc fluxus conturbat lubricus
alvi,

Vnda vel intercus, dein sua fata subit.

Aphor. 44.

Queis loti casu rorante dolentibus ægris
Intestina sequens volvulus arcta tenet,
Luciferis septē pereūt, nisi febre sequutā
Multus ab obscenis partib⁹ humor eat.

Aphor. 45.

Ulcerata si durent annum, vel longius anno,
Cogitur os fieri putre, cavusq̄; sinus.

Aphor.

Aphor. 46.

Gibbosis tremulâ vel tussè, vel asthmate
factis

In teneris annis, mox venit atra dies.

Aphor. 47.

Cum medicina iuvat purgans, vel sectio
venæ,

Purga, vel venam vere tepente seca.

Aphor. 48.

Si vitios plenis turgente iacentibus, alvi
Nata dysenterie corripit ima, bonum.

Aphor. 49.

Sæuities podagræ, cū bis vigesimus ortus
Phæbus erit, presso victa calore fugit.

Aphor. 50.

Queis quocunq̄ue modo capitis diuisa
medulla est,

Hos vomitus bilis, sæuaq̄; febris agit.

Aphor. 51.

Corpore qui valido subitis cruciatib⁹ vlt⁹
Verticis, & stertens fundere verba ne-
quit,

Occūbet, septem cum sol ostēderit ortus,
Ni febrilis ei viscera flamma cœquat.

Aphor.

Aphor. 52.

Sed quoque per somnos, si quid mutentur
ocelli,

Respiciat medici sedula cura viri.

Si quid enim partis fortasse renideat albe,
Non benè composito lumine, grande
malum,

Hâc sub lege tamen, si non à vêtre citato,
Aut medicamenti conditione venit.

Aphor. 53.

Omnia ridenti deliria prodita vultu

Tuta, sed absq; ioco prodita, tuta min⁹.

Aphor. 54.

Qui cū febre simul morbis tētātur acutis,

Si languente gemunt pectore multa,
malum.

Aphor. 55.

Mensibus autumnii podagræ plerunq̄ue
dolores

Eueniunt, & cum tempora veris eunt.

Aphor. 56.

Sanguinis in nigri morbis, sub mensibus
illis

Humorum fesso corpore decubitus,

Aut

Aut apoplexiã, seu spasmata, siue furorẽ
Indicat, aut oculis lumina nulla fore.

Aphor. 57.

Immemor octauo nascens apoplexia lu-
stro

Bissenam vitæ tangit olympiadem.

Aphor. 58.

Si cadit omentum natiuã sede remotum,
Cogitur extincto putre calore mori.

Aphor. 59.

Tempore queis longo coxas cruciante
dolore

Excidit illarum de cauitate femur,
Et quibus exclusum coxis illabitur vltro,
Has circũlento phlegma liquore linit,

Aphor. 60.

Queis dolor Ischiadis longo non tempo-
re defit,

Si femur è coxæ concauitate cadit,
Cogitur informi femur emarcescere
tabe,

Et fieri claudum, nî ferat ignis opem.

Finis Libri VI.

APHO.

APHORISMORVM
HIPPOCRATIS

LIBER VII.

Aphorismas I.

SI quis sæuitiâ morbi tentatur acuti,
Summâque mordentur frigore mē-
bra, malum. *.i. si frigent extremas
partes.*
Aphor. 2.

Ossibus affectis morbo, si carnis honorē
Surripiat pallor liuidus inde, malum.
Aphor. 3.

Si vomitu nascens singultus pectora quas-
set.

Inficiatq; rubor lumina bina, malum.
Aphor. 4.

Excussa sudoris aquâ, si frigidus horror
Cōcutiat morbo pallida mēbra, malū.
Aphor. 5.

Alvus difficilis flammis furialibus orta,
Omnis & hinc amēs ecstasis orta, bona.
Aphor.

Aphor. 6.

Nata per affectus stomachi fastidia lōgos,
 Ventris & egesti pondera pura, mala.

Aphor. 7.

(stu
 Si quis ab immodico lenæi muneris hau-
 Desipiat mentis, si rigeatque, malum.

Aphor. 8.

Ventris in alta fluens vlcus, languescere
 membra,

Et vomitum, cordis deliquiumq; facit.

Aphor. 9.

Immodico mēbris effuso sāguinis imbre,
 Spasmate conuelli, mentis egere, malū.

Aphor. 10.

Grande malum vomitus, cui volvulus im-
 pedit alvum,

Spasmaque, singultus, desipiēsq; furor.

Aphor. 11.

Quando pungentem lateralia membra
 dolorem

Pulmones cruciat flamma sequuta, ma-
 lum.

Aphor. 12.

Si peripneumonicā capitis deliria flāmam
 Pectoris

Pectoris excipiunt, maxima damna ferunt.

Aphor. 13.

Omnis ab ingenti convulsio nata calore,
Præcipuè tetani turpis imago, malum.

Aphor. 14.

Si quibus est capitis violatus vulnere vertex,

Euadunt stupidi, desipiuntve, malum.

Aphor. 15.

Si, qui sanguineum reiecit ab ore cruorem
Sputa vomit putri pallida pure, malum.

Aphor. 16.

Pure venit sputo pulmonis tabida pestis,
Fluxioque; sputitur si nihil, æger obit.

Aphor. 17.

Cum tumet incensum flammis ardentibus
Hepar,

Singultuque; sonat pectus & ora, malum.

Aphor. 18.

Si vigiles spasmum pariunt in corpore noctes
Aut faciunt mentem desipuisse, malum.

Aphor. 19.

Qui tumor ardenti distentus bile rubescit,
Sider-

Si denudato provenit osse, malum.

Aphor. 20.

Ardentem bilis putredo secuta tumorem
Puris & illuvies fæda secuta, malum.

Aphor. 21.

Si validè pulsāt lāguentibus ulcere venæ,
Sanguineoque fluunt agmine mem-
bra, malum.

Aphor. 22.

Infima si vētris diuturno membra dolore
Tentantur, sanies putrida fiet ibi.

Aphor. 23.

Si mera non misto deponitur alvus oleto,
Intestinorum fauciat illa latus.

Aphor. 24.

Vulnus in os capitis factū, demētia reddit,
Pectora, si vacuum fertur ad vsque lo-
cum.

Aphor. 25.

Spasmus ab exhausti succo medicaminis
ortus,
Ultima languenti fata venire facit.

Aphor. 26.

Si nimios alto ventris patiente dolores

Sum-

Summa rigent sauo frigore membra,
malum.

Aphor. 27.

Si cadit in vitiũ mulier gravidata tenasmi,
Non benè maturũ corporis edit onus.

Aphor. 28.

Vulnere neruus hians, & hians à vulnere
chondrus,

Osque, nec augeri, nec coijisse potest.

Aphor. 29.

Cum nimio corpus distentum phlegma-
te pallet,

Si sequitur ventris fluxio larga, iuuat.

Aphor. 30.

Profluvium passis ubi spumant ventris
oleta,

His ea de capitis vertice lapsa cadunt.

Aphor. 31.

Portio si loti crassæ collata farinae

Subsidet in feбри, non brevis ardor erit.

Aphor. 32.

In quibus urinis tenuis fex infima pri-
mũm,

Postea bile rubet, morbus acutus adest.

Aphor.

Aphor. 33.

Si sibi nõ similis vesicæ mingitur humor,
Humorum turbas nunciat esse graves.

Aphor. 34.

Cuius in urinis bullantia tubera surgunt,
Ren dolet, aut morbi longa futura mo-
ra est.

Aphor. 35.

Si nimiâ loti summum pinguedine fulget,
Rē dolet, aut certè morbus acut⁹ adest.

Aphor. 36.

Si tamen & præter cruciatū renis, in ipsis
Percipitur spinæ carnibus esse dolor,
Ulceris abscessus prorūpet corpore sūmo,
Si dolor externo visus inesse loco:
Si verò cruciat lumbis dolor abditus altis,
Putre sub inclusis partibus ulcus erit.

Aphor. 37.

Queis cruor evomitur, si nullâ febre la-
borant,

Vtile: si feбри fit comitante, malum est.

Quæ constringendi medicamina viribus
apta

Frigoribus pollēt, id genus omne levāt.

Aphor.

Aphor. 38.

Pectoris in latebram delapsi vertice rores
Bis decimæ putres tempore lucis erūt.

Aphor. 39.

Si quis sanguineos profundat ab inguine
grumos,

Guttatimq; fluat caussa doloris aqua,
Et dolor obsideat loca pectinis, atque pu-
denda,

Morbum vesicæ sedibus esse scies.

Aphor. 40.

Si quis erit subito linguâ titubante locutus,
Antè quidem nihilo præpediente so-
num:

Aut ubi pars subito contacta stupore ri-
gescit,

Proditur humoris copia magna nigri.

Aphor. 41.

Si nimis exhaustis senibus medicamine
potè

Languida singultus corripit ora, malū.

Aphor. 42.

Si non febris erit bilis succensa calore,
Multis insperfo vertice cedit aquis.

Aphor.

Aphor. 43.

Fæmineo generi rerum natura negavit
Ambari . . . nanuum dexteritate frui.

Aphor. 44.

Fæda quibus fanies penetralia pectoris
implet,

Cùm medicâ uruntur , sive secantur
ope,

Cãdida si fanies , & lucida corpore prodit
Effugiunt atræ tristia tela necis.

At si fæce liquor turpis , pariterq; cruore
Effluit, & tetro putris odore, cadunt.

Aphor. 45.

Pure quibus sordens languentibus uritur
hepar,

Si fanies prodit candida, vita manet,
Pus etenim summo collectum cortice
pendet :

Si velut est olei fex, venit atra dies.

Aphor. 46.

Si dolor est oculis , post dona meraca
Lyæi,

Balnea post calidæ, vena secetur, aquæ.

Aphor.

Aphor. 47.

Si, quibus intumuit congestâ venter ab
undâ,

Tussis adest, non est ulla ferenda salus,

Aphor. 48.

Stillicidi casum, durique pericula mictus
Interior ferro vena petita, levat.

Aphor. 49.

Si tumor anginâ positus in pectore surgit,
Fit benè, nã morbus querit abire foràs.

Aphor. 50.

Ima quibus moritur capitis corrupta me-
dulla,

Intereunt, cùm sol tertius ortus erit.

Si tamen hunc ægris dabitur superare po-
testas,

Restitui medicâ sedulitate queunt.

Aphor. 51.

Eveniunt cerebro sternutamenta calête,

Aut ubi quis cerebri succus inane te-
net. (Sto:

Aër enim clausus profunditur impete fa-
Fit strepitus, quoniam non ita lata via
est.

Aphor.

Aphor. 52.

Si tenet affectum dolor implacabilis He-

Definit accensâ febre manere dolor.

Aphor. 53.

Si prodest venis educere sanguinē apertis,

Vere tibi vena est percutienda novo.

Aphor. 54.

Inter ventriculum, mediumque iacentia

septum

Phlegmata, queis circum collita mem-

bra dolent,

Si patet in nullum ducens via commoda

ventrem,

In cava vesicæ lapsa, dolore levant.

Aphor. 55.

Queis tumidum limfis omento illabatur

Hepar,

Intereunt, quando vēter abūdat aquâ.

Aphor. 56.

Horror & anxietas, oscedoque pigra le-

vatur,

Si bibitur vino pondere limfa pari.

E Aphor.

Aphor. 57.

Nata per urinæ teneros tubercula ductus,
Si matura fluunt pure, levamen habent.

Aphor. 58.

Si fuerit cerebrum magno molimine
quassum,
Protinus attonito non datur ore sonus.

Aphor. 59.

Carnibus humectis amor est patiendus
edendi:

Ieiunâ veniunt corpora sicca fame.

Aphor. 60.

Quando levis versat corpus mutatio re-
rum,

Vt calidum iam sit, iam rigeatq; gelu,
Aut alij ex alijs deformant ora colores,
His signis morbi longa futura mora est.

Aphor. 61.

Plurimus assiduè manâs è corpore sudor,
Sive calore gravis, sive caloris egens,
Humorem vomitu firmatis robore mem-
bris,

Debilibus posito tollere ventre iubet.

Aphor.

Aphor. 62.

Febris, quæ gravius torquens, ubi tertius
ortus

Lucifer, haud cessat, perniciofa magis:
At quocunq; modo posito cessaverit æstu,
Indicium sese peste carere facit.

Aphor. 63.

Quos longæ febres lentis ardoribus urunt,
His super articulos tubera parva sedet.

Aphor. 64.

Quæis tumor articulos & tubera febre
solutâ

Impediunt, illos victus opimus alit.

Aphor. 65.

Quisquis febrili cui cor accenditur æstu,
Conatur validis pabula nota dare,
Adijcit integro perfectis corpore robur,
Et facit affectum sævior æstus edat.

Aphor. 66.

Aspice, vesicæ quam dant sinuamina
limfam,

Num veniat, sano corpore qualis erat,
Nam salubris nõ est, longè si distat ab illâ,
At similis sani quæ venit, illa iuvat.

E 2

Aphor.

Aphor. 67.

Sic quibus humorem pateris subsidere
mictum,

Si strigmēta refert lapsus in ima liquor,
Hic minor exiguum clamat, sed grandior
ingens

Esse malum, mandans ponere ventris
onus:

Nam malè purgato si præbes iuscula ven-
tri,

Plus lædes, quantò iuscula plura dabis.

Aphor. 68.

Queis fluit ex alio cruda indigestaque
moles,

Nigrantis multum viscera bilis habēt:
Hoc plus bilis habent, quo talia plura ca-
cantur:

Bilis habent, quantò cruda minora,
minus.

Aphor. 69.

Fætida quæ spuitur, livēs, & mista cruore,

Bileque deformis, tota saliva mala est:

Si tamen affectis reddatur tempore iusto,

Et relevet vires, tota saliva bona est.

Neo

Nec minus hoc verum est fædo de ponde-
re ventris,

Quisquis & erūpit per genitale liquor.
At quocumque rei manat de partibus
illis,

Nec relevat pressum pondere corpus,
obest.

Aphor. 70.

Si quis amat corpus medicamine reddere
pulum,

Lubrica cum primis est facienda via:
Si quid ab ore trahes summo, compefcito
ventrem,

Si quid ab inferni gutturis ore, move.

Aphor. 71.

Insomnes noctes, & mollis inertia somni,
Si non claudantur limite, morbus erūt.

Aphor. 72.

Febribus assiduis si corporis extima fri-
gent,

Fervida sed sitiunt interiora, malum.

Aphor. 73.

Febribus assiduis usto si lumina mutant,
Aut cilia, aut nasus, sive labella decus,

E 3

Si

Si nihil accipiunt aures, nil lumina cer-
nunt

Viribus exhaustis, imminet atra dies.

Aphor. 74.

Si madet albenti suffusum phlegmate
corpus,

Turgidus Hydropis nascitur inde tu-
mor,

Aphor. 75.

Profluvium ventris si longo tempore du-
rat,

Intestinorum gignitur inde lues.

Aphor. 76.

Difficiles alvi fluxus ex ulcere natos
Excipit infracti fluxio cruda cibi.

Aphor. 77.

Si sphaceli gelido pars frigore livida tor-
pet,

Vlcus in adiuncto nascitur osse putre.

Aphor. 78.

Sanguinis à sputo membrorum marcida
tabes,

Sputaque proluvies puris ab ore venit.

Aphor.

Aphor. 97.

Qualia percurrant alvum, lotique scate-
bras,

Perque vias cæcas carnis hiantis eant:
Quantum naturæ de tramite corpus ab-
erret,

Omnia sunt cautis inspicienda viris:
Si levitèr, morbus levior: si longiùs, ingès:
Si nimium longè, perniciosus adest.

F I N I S.



LIBER 3. 2. TYMVS.
ANNO 27.
Quod est curam alium, iudicium forte
dicitur.
Perque vna cura caris hinc annu
Quamquam nunc de vna corpore
est.
Omnia vna cura hinc hinc
Si leviter morbus leviter loquatur
Si minimum longum, periculum est.

FINIS.





Lit. An. S. A 269

[Faint, illegible text on a light-colored rectangular label on the right edge of the page]

[Faint, illegible text on a light-colored rectangular label on the right edge of the page]